

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

una mittes & precium indicabis. Benè vale. 22. Novembris, Anno 1583.  
Davidem Razium optarim adjunctas literas Menzingam statim perferre.


David Chyträus.

## LXIX.

S. D. Reverende & clarissime vir.

**L**amentationem de optimi Principis Palatini Electoris obitu tuām, superiore mense primum accepi. Verè judicia Domini abyssus multa, quæ nemo justè reprehendit, plenè nemo comprehendit. Etsi igitur causas consilii divini non perspiciamus: tamen sapienti & justo DEI judicio hæc administrari non dubitemus. De Timanno nostro, aliis, à quibus plus commodi expectat, se adjungente, nihil præter expectationem mihi accidit, cum sèpè jam similia expertus sim, φόνον τὸν ινυγμάτων ὁ φίλαρος. οὐαὶ δι τὸν χειρὸν τὴν ιστον φίλων. Apud nos DEI beneficio mediocris adhuc Ecclesiae & Scholæ tranquillitas est. Respublica etiam cum principe de capitibus controversis planè his diebus transegit, ut jam Daniæ regem, commercia, quæ nostris superiore autumno in suis regnis interdixit, restituturum speremus. Benè & feliciter vale. Nonis Martii, 1584.

David Chyträus.



## LXX.

Salutem in Domino.

**R**estè, mèa opinione, Isocrates ingenuos & honestos homines, à malis in eo discernit; quod rēs id φίλων συνδέει εἰδίσθησαν. Quod igitur tu, Reverende & Clarissime Domine Doctor, memor amicitiae ejus, quam ante annos 12. Esslingæ in ædibus Dn. D. Jacobi Andreæ, tu & frater mecum, tūm certè familiaritate vestrā indigno, contraxistis, nuper ad eam continuandam & confirmandam litteras ad me scripsisti, ex eo certè de animi tui ingenuitate & bonitate judicium facere possum. Et nisi Ego, in eadem renovanda atque in posterum constanter colenda, tuæ expectationi responderem, meritò εἰ τῶν φίλων numero habendus;